

Symma Juris Canonici

Comprehensa Tribus Partibus In Qva Distincte Et Succincte Explicantur,
quæ ad personas, negotia, & iudicia Ecclesiastica ex Canonum præscripto,
pertinent

Sive Antinomia Iuris Pontificii Et Cæsarei - per CCL. Differentias plurium
Doctorum auctoritate probatas, singulari studio in certas classes reducta,
discussa, & explicata

Strein, Johann

Coloniæ Agrippinæ, 1658

XLVIII. Differentia 5. Legatum rei alienæ Iure Canonico non valet
indistinctè,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61864](#)

XLVIII.

DIFFERENTIA §.

Legatum rei alienae Iure Canonico non valet indistincte, c. Filius de testam.
Sed Iure civili distinguitur: i. Cum alienam, C. de legat. i. Si res
obligata, ff. de legatis i. Bartol. 86. Galvan. II.

I. IN c. Filius cit. Greg. IX. prescribens T. estimationem ejus date: sed si talis res
episcopo ita loquitur: Leges saeculi hoc habent, ut haeres ad solvendum cogatur, si auctor eius rem legaverit alienam, sed quia lege Dei, non autem huius saeculi vivimus, valde mihi injustum viderur, ut res tibi legata, quae cujusdam ecclesie esse perhibetur, a te teneantur, qui aliena reddere debuisti, ubi Glossa
i. Alien. Cum quis scienter legat alienum, tunc haeres tenetur (Iure civili) res redimere, vel legatario precium dare, si res sic talis, quae vendi possit, alias non sufficit. de legat. §. Non solum, & §. Quid autem. Si ignoranter legat rem alienam, non valet legatum, & legatarius probatur debet scientiam, ut in §. Quid autem, & p. de probat, i. Verius esse. Addit in v. Redituere, de benignitate Canonica c. Quicunque 17. q. 4. De stricto jure non ubeatur reddere juxta praedictam distinctionem T. immo reddere tenebatur, sed poterat agere contra haeredem, si scienter res illas legasset.

II. Pro meliori intellectu clarissimum textum Institut. loc. cit. audire juvat: Non solum testatoris, vel haeredis ter, sed etiam aliena legari potest, ita ut haeres cogatur redimere illam, & praestate: vel si eam non potest redimere,

estimationem ejus date: sed si talis res sit, cuius commercium non est, vel adipisci non potest, nec estimationatio ejus debetur, nam nullius momenti tale legatum est. Quod autem diximus, alienam rem posse legari, ita intelligendum est, si scivissemus alienam esse, non si ignorabat. Fortissimè enim, si scivissemus alienam rem esse, non legasset.

III. In i. Cum alienam, C. de legat. alia distinctione adhibetur, videlicet valitutem rei alienae legatum, si proxima persona, vel uxori, vel alteri simili datum sit ab eo, qui rem suam esse putavit. Addunt Theologi & Canonistæ, tunc haeredem teneri ad rem illam, vel estimationem illius legatario dannam: si autem in commercio non sit, legatum inutile censerii. Quid si testator in re legata habebat jus aliquod, puta ex pignore, illud solum legari: ac proinde non dabatur estimationem. Si autem communis fuit testatori & alteri partem suam legasse censemur, nisi dixerit se totam illam legare. V. Parvorum in c. Solius, de testam. Melius. disp. 196. V. sq. de testam. c. 8, n. 64. Comitol. l. 7. q. 6. n. 8. Laym. l. 3. tr. §. c. 10. n. 7. Lugo disp. 24. S. IO. n. 267.

H 2 XLIX. DIF-